

- 110 Septimò facit pro hac sententia text. in c. *Christiana* 11. q. 1. ibi: Deservientibus beneficium negare non convenit Sylvester, atque Faustianus, qui se à cunabulis clericos confitentur, à Theodora se opprimi per violentiam conqueruntur, & ibi & per authoritatem Regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo olim tenerentur allicti, per Archidiaconum urbis Grumentinæ esse conventos, cum constet, eum qui celestem militem pulsât, non mihi ejus forum debere sectari, & ibi sublimitatis tuæ tuitione vallaretur, ne quid illis, quod subreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat (ecce ubi violentia, de qua Rex potest cognoscere, est inimica legibus) & sic justis de causis ad tollendam dictam violentiam, ut jus suum unicuique tribuatur, Rex noster, & sui gravissimi, & integerrimi auditores cognoscere possunt, in dictis causis ad tollendam vim sine præjudicio causæ principalis, cujus cognitio pertinet ad iudices Ecclesiasticos, & non sæculares.
- 111 Octavo confirmatur ex text. in c. *filiis, vel nepotibus* 16. q. 7. ubi constat Episcopis, vel Archiepiscopis negligentibus punitionem illorum qui bonis Ecclesiasticis abuntur, posse Regem adire, ut illo malo medeatur, ibi: Quod si alia Episcopus agere tenet, metropolitanus ejus hæc insinuari procurent, sin autem metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimari non differant. (Ubi glossa verbo *Regis* intelligit,) ubi iudex Ecclesiasticus negligens est, quod contingit, quando non solum propter negligentiam, sed propter notoriam violentiam procedendo de facto, & contra jus causa deferatur ad Regia tribunalia, ubi tollitur vis, donec causa principalis de jure coram Romano Pontifice ventiletur, in quo iurisdicatio Ecclesiastica non læditur, imò potius augetur, ut supra probatur est.
- 112 Nonò fultur ista sententia in c. *quidem Monachi* 16. *quest.* 1. ubi adversus Monachos, qui sine licentia superioris vagantur, potest potestas secularis procedere, præbendo auxilium, adversus perturbationem tranquillitatis Ecclesiæ, ibi: Statuit igitur sancta Synodus hos primò commoneat, ut exeat, ac inde per defensionem compelli, ad sua loca redeant.
- 113 Decimò etiam jure civili probatur, ex l. *fin. C. de summa Trinit. & fid. Catholic.* ubi dicitur Regiam potestatem ad hoc inter cætera esse institutam, ut sanctorum Patrum decreta saluberrima executioni demandari faciat, & inviolabiliter observari. Et hinc est quod manus Regia manus est Ecclesiæ, ut optimè inquit Bellug. in *specul. Princip.* rubr. 11. §. *tractandum*, & Arilt. ad Alex. scripsit in hæc: Justitia regentis utilior est subiectis, quam fertilitas temporis, quem refert Roy. in *epitom. success.* c. 34. num. 10. & facit l. 1. tit. 3. lib. 2. *recop.* ibi: *Ta los Reyes y Principes encomendo Dios la defension de la Sancta Madre Iglesia.* Reges enim defensores Ecclesiæ, & religionis appellatur, in d. c. *Princeps*, & secundum Elaiam c. 49. nutritii dicuntur, & facit illud Judæ Regis, 4. Reg. cap. 12. qui iussit pecuniam ablatam ad tutelam templi erogari fabricis, ac cæmentariis, quia Sacerdotes, quibus id commissum erat, negligentes in erogatione hac steterunt.
- 114 Undecimò probatur, quia ordinarius iudex subditos suos defendere tenetur, lillicia, in prin. & in §. *ne potentior*, & ibi Bald. ff. de *off. præsidis*, ubi notatur ad officium iudicis spectare providere, ne alicui violentia fiat, nec potentiores minus potentes opprimant, ubi Bald. in *fin.* idquit, quod iudex facit magnam elemosynam apud Deum, quando pauperes tuetur, ne opprimantur, & cum Rex sit ordinarius in regno suo, quia omnes sæculares iurisdictiones ab ipso fluunt, & ab ipso desluunt, sicut flumina ad mare, sit per plurimos Doctores late comprobatur Azeved. in l. 3. gl. 1. tit. 5. l. 3. *recopilat.* Sequitur inde eum debere violentias excutere, & in tuitione oppressos conservare, & sic in hoc apud Deum

facit elemosynam, ex quo provenit, quod hæc extrajudicialis protectio charitativum auxilium, & defensio dicatur, secundum Matthæum de Afflict. in *confitut. Reg. Sicilia*, rubr. 67. c. *fin.* n. 11. lib. 1. *Avenda. de execution. manda.* 1. p. c. 1. n. 32. *versiculo nam pro violentiis, &c.* & per Afflict. & d. c. *petimus*, 11. *quest.* 1. & c. *quidam Monachi*, 16. q. 1. idem dicit in terminis Mart. *tract. de iurisdic.* 4. p. cert. 1. cas. 38. n. 20.

Duodecimò comprobatur, nam si licet clericis in 115 auxilium legis imperialis assumere ex textu in cap. *si in adjutor*, 11. d. cur itidem dicendum non est, sibi licere, curque eis non permittendum, Imperatorem ipsum aliumve quemlibet Principem adire, cum sit lex animata in terris, *auth. de consulib.* §. *omnibus*, & ibi glossa.

Decimo tertio probatur, nam in abusibus notoriis, à 116 iudicibus Ecclesiasticis factis, eis potest, si exequantur, per quemlibet personam privatam resisti, & obviare, text. in l. *prohibitorium*, l. *defensionis*, C. de *jur. f. c. si quando, de rescript.* & tunc abusus notorius dicitur, quo 117 ties in actu qui geritur, usus nullus stat, *l. ob que vitia*, §. *idem Pomponi*, ff. de *adil. edicto*, rectè conducunt per nos infra 2. p. c. 9. n. 2. 1. veluti contra naturam actus sit, l. 2. §. *sed secundum*, eodem tit. vel quando actus sit à non habente potestatem, quia non potest esse major abusus, vel nullitas, quam defectus potentia, secundum Innocentium, & Doctores in cap. *cum olim*, de *caus. poss. & proprietas*, quod omne verificatur in nostro casu, cum denegate oppresso appellationem in casibus à jure permittis, contra jus est evidenter, tam naturale, quam positivum, cum tollat defensionem, ut late diximus ad principium hujus præludij, & contra naturam causæ, cum sententiæ effectus jure suspendatur per legitimam appellationis interpositionem, ita ut ejus executio impediatur, ut attentata, & violenta, l. 1. & *100 in ff. nihil novare appellatione pendente*, c. *non solum*, de *appellatione*, l. 6. & sic aliter faciens iudex Ecclesiasticus, fecisse dicitur abusum notorium, in quo supremus Princeps potest manum imponere, secundum Carolum de Grassal. l. 3. *Regal. Fron. jur.* 7. pag. 3. in *parvis*, & Rebutum 3. tom. *conf. Franc. tit. de app. tanquam ab abusu*, gl. 1. quia violentia quædam est Navarr. ubi supra *versiculo decimo facit*. Aufser. de *potest. secular.* super *Eccles. regul.* 2. fol. 30. & post Simanc. de *Catholicis instit.* tit. 45. n. 35. dicit Cened. *Canon.* q. 45. n. 6.

Decimoquarto probatur jure nostro Regio in d. l. 36. 118 37. & 40. l. 3. 4. tit. 5. l. 2. *recopil.* l. 18. tit. 7. lib. 1. *recopil.* in §. 1. l. 8. tit. 10. *eadem lib.* 5. l. 2. tit. 1. *ordin.* l. 1. 3. p. 2. ibi: *E para defenderlos que non reciban mal ni fuerza, &c.* l. 59. tit. 9. *part.* 1. cum aliis superius hæcenus allegatis.

Et quod isthæc extrajudicialis defensio, & charitativa protectio juri consona sit, & probabilis, affirmant Portoles in *scholias ad Molinum*, in §. *appellatio*, num. 3. & optimè in §. *firma*, n. 101. & 172. ubi quam plurimis rationibus comprobatur Navarr. in c. *cum contingat*, de *rescript. rem.* 1. per tot. Didac. Perez, lib. 1. tit. 1. l. 1. in gl. *pueden cognoscer*, pag. 196. in *prin.* Henric. in *sum. lib.* 13. cap. 30. num. 4. Gundizal. de Paz in *prax.* 1. p. 2. tom. c. 6. §. 1. ex num. 34. optimè Morl. 1. p. tit. 2. *quest.* 14. n. 4. Bobadill. lib. 2. c. 18. n. 139. in *litera B.* Salced. in *addit. ad Diaz* in *prax.* 102. in *litera A.* C. Michael Axia de *exhiben. auxil.* n. 127. *fundam. ex pag.* 112. *versiculo hic posset aliquis*, Hieron. Llam. 1. p. *method.* c. 7. §. 19. ex pag. 93. & in 3. p. cap. 12. §. 7. pag. 839. Carol. Grassal. *Regal. Franc. lib.* 2. *jur.* 7. ubi optimè id confirmat, & Afflict. *eccles.* 24. ubi pulchrè loquitur, & in *confitut. regni Sicilia*, in *confitut. Bavild locorum*, §. de *Burgensat.* lib. 8. rubr. 67. Anton. Scap. de *jur. non script.* lib. 1. c. 16. ex n. 2. Joan. Gutier. de *juram. confir.* 1. p. c. 2. n. 28. & in lib. 1. *pract. quest.* 20. ex n. 1. Joan. Garc. de *nobilit. gl.* 9. ex n. 51. Covarr. in *tract. c.* 35. n. 2. Azeved. l. 1. tit. 6. in d. l. 2. ubi plura refert jura Divina, Canonica, Regia, & Civilia, in hujus rei probationem, autoritatibus etiam

etiam Petri, & Pauli, conatur etiam hanc partem defendere Octavian. Chaquer, in *decis. Pedemont.* 30. ex n. 8. fol. 56. qui duo præstantissimi viri late fundamenta, & rationes hujus opinionis commemorant; eandem etiam opinionem tenet Menoch. de *retinend. poss. rem.* 3. n. 356. Joan. Segura da Bal. in *direct.* 2. *part. cap.* 13. n. 51. & plures retuli in 1. p. *collecta*, s. n. 3. & in 2. p. *collecta*, 17. n. 2. & tradit Didac. Perez in d. *glos. pueden cognoscer*, pag. 196. *post medium*, asserens, quod si quilibet tenetur eripere oppressum, ex cap. *non inferendam* 23. q. 3. multò fortius tenebitur Rex, qui hoc facere officii ratione tenetur, ex c. *Regum* officium 23. q. 5. & habetur l. 13. *part.* 2. & ibi singulariter Greg. Lopez in *glos. verb. ni fuerca*, Mich. Axia, de *exiben. auxil.* in 27. *fundam. versiculo ergo oppressos*, pag. 111. *Avenda lib.* 1. de *exec. cap.* 1. n. 3. *versiculo nam cum*, Morla 1. p. tit. 2. q. 14. n. 5. novissimè, & doctissimè Joseph à Sese regens Cancellarium regni Aragonum in suo eleganti tract. *inhibitionum*, & magistratus justitiæ Aragonum, cap. 8. §. 3. n. 25. Cened. in *Canon.* q. 45. per totam, & alii plures citati supra in introductione hujus capit. n. 16.

Por costumbre immemorial.

- 120 Non solum titulis superioribus, scilicet; jure naturali, divino, & positivo hoc jus, & extrajudicialis cognitio tollendi violentias, & liberandi vi oppressos ab Ecclesiasticis iudicibus, & inter Ecclesiasticas personas; sed etiam consuetudine immemoriali, hoc etiam competere affirmat, l. 36. tit. 5. lib. 2. *recopil.* circa quam nonnulla obiter notanda sunt: Et primò, quod hæc consuetudo non est juris novi inductiva, sed juris naturalis, divini, & positivi, supremo Regis regimini inherentis conservativa, inter quæ longa est distantia, & differentia, in l. *una est via*, quia aliud est acquirere, aliud est jus competens conservare, juxta text. in l. *una est via*, ff. de *servit. rusticor. prædior.* ubi *glos. verb. servat.* text. quem dicunt Doctores egregium in lib. 1. §. *hoc interdicitur*, ff. de *itinere*, *abluque priva.* Gratus *conf.* 61. n. 27. lib. 1. *Veccius conf.* 217. lib. 1. n. 8. Decius *conf.* 271. n. 7. optimè, latèque Joan. Garc. in *tract. de nobilit. glos. 7. can. 6.* & *glos. 1. §. 1. n. 79. ante fin.* *Avendan. de execution. manda.* 1. p. cap. 1. sub n. 25. Rimival. *conf.* 338. n. 25. lib. 2. & nos diximus infra 3. *part. cap.* 10. *versiculo secundò*, facit quod Casarea, 121 n. 100. & *versiculo*, insuper & quinq. sufficit, numero 108. quem vide, estque hujusmodi consuetudo immemorialis declarativa, & inductiva formalitatis, & modi defensionis extrajudicialis, observari per longum tempus, quoniam ubi actus determinatio non apparet, à consuetudine regularur, recipitur distinctam determinationem, ut latissimè per Mierce in *tract. de major. 1. part. qu.* 48. à num. 71. usque ad num. 77. omnino videndum, ad quem te libenter remitto.
- 122 Secundò, quia in casu dubio, an aliquid fit contra jus divinum, vel non, consuetudini standum est, nam sicut lex positiva modificat, & interpretatur legem divinam, ut notatur in cap. *que in Ecclesia de confitut.* idem potest consuetudo, ita latè, & mirabiliter prosequitur Jo. de Anani. in c. *in Civitate*, col. 6. in *fin.* de *usur.* cujus verba omnino videnda refert Sese *decis.* 113. n. 183. & 184. tom. 2. & in *tract. de inhibition. cap.* 8. §. 3. n. 143. Cravet. *conf.* 258. n. 8. Abb. in cap. *venerabilis*, de *consuetud.* idem etiam firmat post Abb. Navarr. in *manal.* c. 27. n. 286. latè Azor. in *stitut. moral.* lib. 2. c. 10. optimè prosequitur novissimè doctissimus Villalob. in *sum. tract.* 1. *diff.* 4. n. 3. & sic quando hujusmodi cognitio extrajudicialis per viam violentiæ, competens Principibus supremis, ex principiis juris naturalis, & omni jure admitteret aliquem probabilem dubitationem, per tam longum usum, ac consuetudinem immemoriam cessaret penitus, Et illa Doctorum opinio, cui con-

suetudo adhæret, omnino præferenda est; Da ennas post Neviz. in *regul.* 100. *versiculo falli primo*, latè plures recensens Alphons. Ojed. de *beneficiorum incompatibilit.* 1. p. c. 19. n. 46. Anton. *Quella divers. quest.* cap. 16. n. 5. *versiculo & ita*, Ill. in l. *post dorem*, num. 100. *solut. matrimonio*, Decius *conf.* 141. *juxta finem*. Decian. *conf.* 44. col. 2. ex num. 9. & *conf.* 52. vol. 2. ex num. 1. Cavalin. in *milleloquio* 140. Pulchrè Burg. de Paz. in *proemio legum Tauri*, ex num. 225. optimè Cened. in *questio. Canon.* 8. n. 10. Gregor. Lopez in *lib.* 53. tit. 6. *part.* 1. *glos.* 1. in *fin.* & rursus l. 54. Molin. lib. 2. cap. 6. n. 58. Rot. *decis.* 574. n. 3. p. 1. in novissimis, & subdit Decius in cap. *at si clerici*, quod licet inter Doctores dubium sit, super articulo etiam bonorum Ecclesiæ, valet consuetudo, & opinio ei adhærens, ita mirè loquitur Hippolyt. de Marfi. in cap. *at si clerici*, de *judi.* num. 205. Aretin. in *conf.* 111. Alexand. *conf.* 207. *penult. col. lib.* 2. Rochus de Curt. in *repet. rubr. de consuetud.* q. 4. *prin. Decius conf.* 43. col. 2. in *prin.* & in cap. *cum M. Ferrar. de confitutio.* & nostris in terminis post Parlador. l. 1. *rerum quotid.* c. 1. §. 11. n. 4. & Divum Thom. 2. 2. *qu.* 158. *art.* 7. tenet Cened. in *qu.* 45. sub n. 29. Cum con- 123 suetudo optima sit legum interpretis, cap. *cum dilectus*, de *consuetudine*, l. *si de interpretatione*, & l. *si minimè*, ff. de *leg. Tiraquel. de privil. causa pia*, *privil.* 27. n. 3. in *fin.* Navarr. in *manuali Latino*, cap. 27. n. 286. ubi tradit Menoch. lib. 1. de *arbitr. que.* 72. ex n. 3. & in *tract. de presumpcio. lib.* 2. *presumpt.* 72. num. 22. idem Menoch. *conf.* 871. n. 54. latè Gratian. *regul.* 94. *Caphal. conf.* 220. vol. 3. ex n. 31. relatus à Josepho Ludovico, *concl.* 38. *illatione* 26. Antoni. Marcus Corradi, lib. 2. *commun. opinio. tit.* 9. *casu* 18. n. 97.

Tertio notandum est, quod licet Hispaniarum Prin- 124 cipes temporales non uterentur sua facultate, & jure illis competente ad tollendas omnes violentias, & oppressiones, sed duntaxat illa fuissent usi per tempus immemorabile in hac specie violentiæ, scilicet, de qua in lege Regia 36. *Algar las fuerças que los juezes Ecclesiasticos, y otras personas hazen en las causas, de que consuecen no otorgando las appellaciones, &c.* tit. 5. lib. 2. adhuc tamen posset hujusmodi consuetudo extendi ad alias violentiæ species, quia quando adest jus, & causa universalis, per usum partis conservatur ejus in toto, & tunc consuetudo, ac præscriptio in una juris specie, extenditur ad alios casus ejusdem speciei, de quo amplissimè usque ad refectionem plurimas, & elegantes doctrinas adducens tractavi infra 3. p. cap. 10. post principium per aliquot columnas.

Quarto notandum est, quod licet Regi Catholico 125 non competeret hæc cognitio extrajudicialis jure naturali, divino, & positivo, (ut hæcenus dictum est, & latius comprobavimus,) illi sufficere consuetudo immemorialis, de qua testatur, cujus assertioni standum est, (ut superius diximus ad principium hujus capituli) quia immemorialis consuetudo, quæ memoriæ hominum excedit, haber vim tituli, privilegij ac veritatis, per eamque licitè fit, quod Princeps ex causa 126 poterat concedere, titulumque confert, cum majori causa, quam considerari posset, ut post multos resolvit Molina, de *primogen.* l. 2. *Mascar. de probatio.* 3. tom. *concl.* 1372. *Avenda de execution. manda.* cap. 4. 2. p. qui lepidè 1. p. cap. 6. n. 8. quæ consuetudo immemorialis plures sub se continet effectus, quorum triginta enumerat Gaspar. Thesaur. in *decis.* 17. aliquid per Ozasc. in *decis. Pedemont.* 101. Vincent. de Franch. *decis.* 166. Joseph Ludovicus in *decis. Peris.* 106. Aloyf. Ricc. in *praxi decisionum jurispratonatus* 144. & in superioribus, latissimè Mier. in *tract. de major.* 4. p. qu. 21. à n. 10. & pluribus numeris antecedentibus infinitos penè allegans, latè post plures Grassis de *effect. clericatus*, *effectus* 1. à num. 382. & à num. 376.

Et licet clerici in spiritualibus exempti sint à iurisdic- 127 tione

ditione iudicis iure divino, in temporalibus, tamen iure positivo, ut latissime per Covar. Sese de inhibitione cap. 8. §. 3. à num. 31. & supra, & amplissime infinitos referens pro utraque parte Cæned. in q. Cano. 4. per totam, & post hæc Cevall. de cognitio. per viam violentiam, in proemio, c. 5. ita ut nec Summus Pontifex possit in universum tollere hanc exemptionem, in practico. cap. 31. n. 4. in fin. Sese de inhibitione. d. c. 8. §. 3. n. 131. ita ut consuetudo dans laicis cognitionem in clericis, pariter non valeat, etiam cum tolerantia Pontificis. Carolus de Grassis ubi supra, à n. 383. ubi plures citat videndus.

128 Tamen consuetudo respectu alicujus casus particularis, valet, quia per talem consuetudinem particularem non impeditur suis exemptionis, scilicet, ne clericis impediatur, & detrahantur à divinis officiis; quis tunc ex causa publicæ utilitatis, tendentis ad conservationem, quietem, & pacem universalem, potest acquiri jurisdictione per consuetudinem limitatam ad casum particularem, ut per Jul. Clar. Covar. Jo. Garc. & Gasp. Rodrig. probat, & latissime prosequitur Sese in tract. de inhibitione. c. 8. d. §. 3. à n. 154. & supra à n. 146. & à n. 130. & quod consuetudo in certis casibus limitatis, non tamen universalis & absoluta, si sit immemorialis, attribuat jurisdictionem laicis in clericos, concurrente fama privilegii, tenet post Fel. Mart. in tract. de jur. 34. p. cent. 1. cas. 64. n. 13. ubi dicit ita fuisse decusum per Rot. in decis. 127. p. 3. lib. 3. diverso, nam sicut Princeps potest jus divinum interpretari, & declarare, ita ut illud jus ad aliquem casum particularem non extendi appareat, ex aliqua fundamentali, & probabili ratione, plurimos citat Covar. c. 31. n. 4. & 5. Sese post alios de inhibitione. cap. 8. §. 3. n. 151. ubi post Decium, quod humana potestas potest interpretari, vel declarare jus divinum in materia spectante ad suam jurisdictionem, & post plures late comprobat Grassis de effectibus cleric. effectus 1. à num. 181. ubi quando allegatur fama privilegii.

129 Ita etiam consuetudo potest distinguere, & declarando limitare jus divinum in causa publicæ utilitatis, ita Roeb. de Curr. in c. cum tanto gl. 1. n. 6. & 8. dicens quod in hoc nullus discrepat. Sequitur Sese d. §. 3. à n. 152. ergo in nostro, immemorialis hæc consuetudo potuit ex causa publicæ utilitatis, ne pax publica turbetur, hunc casum reservare Principibus temporalibus, dato casu, quod ad eos non spectare hæc extrajudicialis violentiarum cognitio, ex principiis juris naturalis.

130 Deinde quia, ut tradit Decius conf. 589. num. 2. & conf. 649. ut illud quod est quæsitibile privilegio, possit acquiri consuetudine immemoriali, si enim per privilegium possit Romanus Pontifex concedere Principi laico capacitatem rerum spiritualium, in aliquibus certis, & limitatis casibus ob rationabilem, & justam causam, ut tradit Aufr. de potestate seculari super Ecclesiasticos regul. 1. fall. 12. Grat. conf. 61. n. 22. & 23. col. 1. ubi dicit, quod consuetudo tribuit jus Principibus secularibus conferendi beneficia: ergo à fortiori potest causare consuetudo in hac cognitione per viam violentiæ inter personas Ecclesiasticas, maxime cum illud non sit damnosum libertati Ecclesiasticæ, sed valde utile, ut expressè tenet Suar. lib. 5. de immunit. Eccles. c. 94. n. 43. in fin. & in simili consuetudine tradit Chaquer. decis. 30. n. 25. ubi citat Covar. idem tradit Anton. Theff. decis. 131. n. 12. & copiosè post plures Grassis de effectibus cleric. effectus 1. à n. 373. & à 176. cum seqq.

131 Et ulterius, quoniam cum Summus Pontifex possit Principi seculari, vel alteri laico concedere privilegium procedendi contra clericos in aliquibus limitatis casibus, aut respectu certorum clericorum, aut etiam delegare, ut testatur Decius in cap. præterea, n. 8. de off. deleg. & in cap. 2. de iudiciis. Alexan. conf. 74. n. 9. in 4. Menoch. de retinen. rem. 3. n. 35. Pacian. conf. 116. n. 116.

& 117. ubi loquuntur etiam de facultate excommunicandi, & conferendi beneficia: ergo idem poterit acquiri, tacito ejus consensu, consuetudine immemoriali, cum privilegium inducat, ut post Decium, Bellug. Rolan. à Vall. Alexan. Pacian. & alios tenet Sese in epistola ad Regem, n. 100. & n. 46. & latius in d. §. 3. à n. 152. vide latissime Grassis de effectibus cleric. effectus 1. à n. 388. & supra à n. 383.

Qui quidem Sese in epistola ad Regem, l. 2. decisio- 132 num. ad prin. n. 112. post plurimos resolvit, quod quando consuetudo præscripta est immemorialis, & cum ea concurrat fama privilegii, ut in d. l. Regia 36. habet vim sicut privilegium papale, docet Puteus decis. 365. Paci. conf. fin. n. 121. Aufser. reg. 1. n. 20. versiculo duodecimo fallit, de potestate seculari, Benedict. in c. Raynut. verbo. & uxorem nomine Adeluliam, decis. 3. n. 169. Pacian. conf. 166. n. 120. Rot. decis. 215. p. 1. novissima: ubi sufficit fama privilegii vaga & incerta. Rip. in c. 2. nu. penult. ad fin. de iud. primos pro hac doctrina citat Carolus de Grassis in tract. de effectibus cleric. effectus 1. à n. 381. cum seqq. & supra.

Et idem quod fama, operatur probatio, Principem 133 habere alia majora, seu aequalia privilegia, super Ecclesiis, tunc enim cum immemoriali præsumitur talem consuetudinem legitimo initio esse, vel fuisse introductam, Benedict. ubi supra decis. 2. n. 117. versiculo ex quibus resultat. Roland. à Vall. 23. in fin. lib. 1. late prosequitur Sese in d. epistola. n. 112. & cum in sacra Catholica Majestate Hispaniarum Rege concurrant tot, & tantæ alia privilegia, prout est, ut Prælati ante Episcopos 134 patuam, & prælatiarum possessionem, jurent Regi fidelitatem, de quo supra; item ut possint præsentare omnes Episcopatus, ac beneficia consistorialia, seu monasteria virorum, quæ sunt Pontificis dignitati, & ejus consistorio reservata, de quo latius infra 3. p. cap. 10. per totum, & alia immemorialia, & de privilegio percipiendi tertiam partem decimarum nonnullorum beneficiorum, quod tertias diximus, lib. 1. tit. 2. lib. 9. recopil. Lañar. de gabel. cap. 19. n. 36. Suar. allegatione 28. Puteus decis. 319. l. 3. de quo per Cevall. in contra commun. qu. 822. à n. 70. ergo nihil mirum, ut præsumatur iusto principio fuisse introductam.

Et insuper, quoniam cum isthæc cognitio extrajudicialis per viam violentiæ sit recepta, & inducta per tam longum usum, activè, & passivè universaliter per clericos, & Prælatos Ecclesiæ, ac laicos; dicitur consuetudo mixta, clericorum, & laicorum; quæ magnam vim habet, etiam in rebus, & negotiis Ecclesiasticis, ut per text. insignem in cap. cum venissent, ibi: Legi regni immittentes, de eo quo mix. in poss. & ibi Abb. n. 3. text. in cap. cum causa, de rejud. ubi Abb. n. 4. Fel. in cap. Ecclesia sancta Maria, n. 80. versiculo secundus casus, de constitutione. Rochus de Curte in c. fin. section. 8. n. 65. de consuetud. Cov. pract. qu. c. 31. n. 5. & Decius in c. ad nostram, n. 3. de probatio. Sese in epist. ad Regem, n. 111. latissime Joan. Garc. de nobilit. gl. 9. à n. 35. & in simili mixta consuetudine clericorum, & laicorum, idem tenet Barb. in l. Titia, n. 33. versiculo præterea, ff. solut. matrimon. qui loquuntur in acquirenda jurisdictione: ergo à fortiori dicendum est de hac cognitione extrajudiciali per viam violentiæ, ubi nulla inest jurisdictione, sed nuda, & absoluta potestas Principis, quantum est necessaria duntaxat ad tollendam violentiam, maxime cum sit utilis Ecclesiæ, imò quod plus est, hæc consuetudo originaliter fuit introducta ab Ecclesiasticis personis, quæ versantur in iudiciis Ecclesiasticis; pro quorum vexatione, & oppressione habent recursum ad Regem, pro quibus ulterius facit questio, quam disputat Marc. Anton. Genesl. in tract. de Eccles. seu prax. Eccles. qu. 669. quia post alios resolvit, quod quando consuetudo fuit primitiva, seu inducta clericorum, & laicorum dicitur mixta, quæ absque dubio ligat clericos; ut latius per

per eam post Anton. de Butt. Imol. Fel. & Picum latissime comprobatur post plurimos Carolus de Grassis de effectibus 2. à n. 201. fol. 346.

139 Maxime quoniam in hac immemoriali consuetudine concurrunt Romani Pontificis scientia, non solum tacita, & præsumpta, sed etiam expressa. Præsumpta, quoniam hujus cognitionis per viam violentiæ consensu sunt omnes Nuntii Sedis Apostolicæ, qui in curia Regis Christianissimi, & prædecessorum residere solent, quibus notissima esse nemo dubitabit, cum causæ coram eo vertentes in dies per hanc viam violentiæ protrahantur ad suum Regium Senatam ad quem recurrunt oppressi, in quo vim fieri declaratur, deferri, & reponi jubetur, & insuper Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiasticis Prælati, totius Hispaniæ, eadè ratione, hæc cognitio per viam recursus plusquam notissima & manifesta est absque contradictione, & ulla repugnantia, & ab eis ad eisdem Nuntios quotidie, & frequenter interponuntur appellationes; ad quos transportantur acta, quibus decreta Regii recursus per viam violentiæ inserta sunt, & utroque modo scire debent Nuntii hanc Regiam protectionem; ut in similibus terminis, juribus, & Doctoribus, hoc probat Narbona, de appellat. à Vic. Arebi. 2. p. fundam. 5. n. 13.

140 Unde sequitur, quod in præscriptione contra Principem, & Summum Pontificem, scientia officialium sufficiat ad illius præjudicium, Bal. in l. si publicanus, §. fin. num. 2. ff. de publica. Ayra. de antiquit. tempor. 4. p. absolut. nam. 23. Bal. de præscrip. 2. p. 5. p. q. 3. sub n. 8. Tiraq. de nobilit. c. 14. num. 3. Covar. in regul. possessor. 2. p. in initio, n. 8. versico. tertio circa fin. Nicol. Garc. de benef. 5. p. c. 5. in 136. Rota Romana in una Reativa beneficii decisio. 166. & decis. 600. n. 5. p. 1. divers. & iterum tenuisse Rotam, in una Mediolanem. præminen. 15. Decemb. 1589. cora Bupal. firmat. Nicol. Garc. ubi proxime, & ex Alexad. Decio, & alistenet Cardin. Tusc. practico. con. licta c. conf. 396. n. 39. Joan. Narbon. in tract. de appell. Vicarii ad conf. Arch. Tolet. 2. p. fundam. 5. num. 10. qui loquitur de præscriptione contra Romanam Sedem in casu difficili, quod fundamentum elegans est, quod nulli Doctorum hujus cognitionis justificationem tractantes attigerunt.

141 Et inducitur hæc Sedis Apostolicæ scientia, quia multi fuerunt Summi Pontifices ex Hispaniarum Regni oriundi, ut de Damaso I. Alexand. VI. Benedict. XIII. Calixto III. Joanne XXII. qui tam salubrem usum, & laudabilem consuetudinem sciebant, prout testatur Cæned. in q. Cano. 4. n. 27. ad fin. quos hanc scire præsumendum est, cum ex hoc Regno orti essent, & tamen illud tolerarunt, hoc enim ita notabile non præsumitur Summos Pontifices ignorasse; argumento text. in cap. cum illorum, de sentent. excomm. maxime quoniam cum omni jure naturali, divino, tot Pontificum decretis, conformitate, & declaratione concordant, quæ omnia Pontificem non censetur ignorasse, quoniam jura in scinio pectoris sui censetur habere, c. 1. de constitutione. lib. 6.

142 Et hanc consuetudinem, ac salubrem recursum ad Regem pro defensione naturali ad tollendam violentiam, ut Judex Ecclesiasticus deferat, & reponat attentatam, & violentiam factam, pluribus Rotæ Romanæ decisionibus approbatum esse reperimus, & testatur eleganter videndus Lancelo. de attentat. 2. part. cap. 4. lite pendente, limi. 1. num. 36. cum seqq. ut in una coram Prospero, ut est decisio in recollectis per Achil. de Grassis decisio. 34. attentare noluerunt sub tit. de attentat. quem etiam refert Mandef. in tract. de commiss. in 14. formul. commissio, attent. in verbo revocandi, q. 4. dummodo in hujusmodi recursu ad Regem modus defensionis non excedatur, ut resolutum fuit in una Cæsar-Augustana juris eligendi coram Domino Oradino 7. Februarii 1571. secundum quam resolutionem fuit deinde idem Salgado de Protect. Reg.

tentum in alia Vercellensi jactationis Parochialis de Aldea coram Paleoto sub die 27. Junij 1561. ut est in recollectis per eundem Paleotum, decis. 372. incipit divinum erat; testatur Lancelo. ubi proxime, n. 38. & pluries etiam semper hanc consuetudinem, & recursum ad Regem per viam violentiæ, & extrajudicialis defensionis jamplexam esse per Rotam, & curiam Romanam testatur doctissimus Sese, in tractat. de inhib. Magistrat. justitie Aragonum, cap. 8. §. 3. n. 171. cum sequentibus, ubi ad literam refert sequentes decisiones.

Et imprimis ita decisum fuisse in una Tarraconensi 143 Villæ de Reus, 4. Decemb. 1592. coram R. P. D. Seraphino in hæc verba: Fuit per Dominos consultum possessionem captam per Dominum Archiepiscopum non fuisse attentatam, quia Archiepiscopus habebat facultatem illam capiendi propria autoritate, sibi concessa in brevi confirmationis. Unde licet urbanus agendo fuerit aditus Judex secularis pro assistentia, non tamen hoc fecit, quin voluerit uti facultate sibi competenti. Parisius consil. ult. lib. 4. Achil. decis. ult. de attentat. per doctrinam Bat. in lib. 2. numero 26. C. de pignor. Raiu. consil. 252. numero 10. libro 4. Socin. consil. 82. numero 8. lib. 5. Decius in l. ult. numero 5. Cod. de pactis. Zuchar. in lib. 1. numero 49. eodem titulo, & universitas non possidebat, unde cessat doctrina allegata in cotarium. Bart. in l. creditores. Cod. de pignor. Nec obstat inhibicio Rotalis, cum data fuit juxta formam commissionis quæ habet clausulam sine præjudicio executionis literarum Apostolicarum, Put. decis. 323. lib. 3. cum aliis allegatis per Modernos, Perus. de attentat. post inhibitionem, in 3. limit. Nec obstat quod hæc clausula sit restituta, ita ut non impediatur exequutores Apostolicos, quia non ideo censetur ablata facultas capiendi propria autoritate, cum exequutio literarum Apostolicarum sic simpliciter reservata, ultra quod possessio ita potest sustineri, tanquam data ab exequutoribus Apostolicis, quia à Domino Amerimo exequutore deputato in literis fuit expeditus processus, fulminatus, directus omnibus, & singulis, qui fuit præsentatus Joanni Sabales officiali Regio, ad quem universitas habuerat recursum; & illius vigore potuit procedere, uti merus exequutor, ad notata in c. fin. de præsumptio, & sic cessat quod dicitur inferiores citra titulum attentatorum non potuisse se in hujusmodi exequutione intrudere, ex quo Papa dans speciales exequutores videtur hanc exequutionem ad se advocasse, juxta cap. ut nostram, de appell. Rot. 3. de appella. in novis. Felin. d. c. fin. n. 35.

Et ulterius aliam etiam & mirabilem decisionem refert Sese ubi proxime d. §. 3. à num. 174. in una Salmantin. Canonatus. 24. Maii 1594. coram illustrissimo Domino Blanquero; quæ determinatum fuisse per Rotam Romanam in hæc verba: Resolutum fuit Antonium de Soria manutendum, cum enim per resignationem Felicis factam in manibus ordinarii vacaret possessio Canonatus, de quo agitur, Rot. de renuntia. in antiquis. Castad. decisione 4. num. 3. de restitu. spol. potuit illius capere possessionem Antonius, & ejus possessio est manutentibilis.

Non obstat quod acta non sint integra; quo notarius testatur de continuato registro fol. 42. non obstat exceptio excommunicationis propter recursum ad consilium Regium: nam iste recursus hoc casu ad defensionem propriæ possessionis, & appellationis admissionem non est improbat, Achil. decis. 36. de appellat. urbanus enim egit, cum potest iudici de facto procedenti, de facto etiam resistere, Paris. consil. ult. libro 4. & fuit dictum in illa Tarraconensi Villæ de Reus coram R. P. D. meo. Decano; præterea excommunicatus auditur pro defensione suæ possessionis, cap. intelleximus de judic. Menoch. de retinend. rem. 3. numero, 72. & sequent.